Fragmentarium

[…]ad me; Et cũ haec dixiſſet.
[cae]lo receptuſ eſt; Venienti itaque dominica
die. con uenit ad iohanne̅ uniuerſa mul
titudo in ęccta. que in eiuſ nomine fuerat
fabricata; Et a primo pullorũ cantu. agenſ
miſteria di. omne̅ poptm uſq; horã diei tciã
allocutuſ ẽ. dicenſ; Frſ & conſerui mei.
coheredeſ & participeſ regni. cognoſcite
dnm̃ ihm xpm̃. quantaſ uirtuteſ. quanta
prodigia. ſigna quoque. & cariſmata ſimi
liter & doctrinã. p me uobiſ pſtitit; Per
ſeuerate ergo in eiuſ mandatiſ. me eñ iã dñſ
de hoc mundo uocare dignatur; Poſt haec.
iuxta altare iuſſit foueam fieri quadratã.
& terrã eiuſ foriſ proici ab aeccta. & ipſe
deſcendenſ in eande̅. expandenſ manuſ
ſuaſ ad dnm̃ dixit; Inuitatuſ ad conuiuiũ
tuũ uenio. [gr]ãſ agenſ. quia me dignatuſ
eſ ad tuaſ ępulaſ inuitare. ſcienſ quod
in toto corde meo deſiderabãte; Vidi fa
ciem tuã. & quaſi de ſepultura ſuſcitatuſ ſũ;
Odor tuuſ. concupiſcentiaſ in me excitauit
aeťnaſ; Vox tua plena ſuauitate melli
flua. & allocutio tua inconparabiliſ
& eloquiiſ angtorum; Quotienſ te rogaui
ut ad te uenire̅. & dixiſti mi; Expecta.
ut poptm libereſ crediturũ mihi. & cuſto
diſti corpuſ meũ ab omi pollutione. & ani
mã meã ſemp inluminaſti. & non dere
liquiſti me. cũ irem in exiliũ & redirem.
& poſuiſti in ore meo uerbũ ueritatiſ tuę.
con memoranſ me in teſtimonia uirtutũ
tuarũ. & ſcripſi ea opa quę oculiſ meiſ uidi.
& ea uerba que audiui ex ore tuo auribuſ
meiſ; Et nunc dñe con md[o ti]bi filioſ tuoſ.
quoſ t[ib]i aeccta tua uirgo [et] mat p aquã
& ſpm̃ ſcm̃ regenerauit. Suſcipe me uitũ

fribuſ meiſ ſim. cũ quibuſ uenienſ inuitaſti
me; Aperi mihi ianuã uite pulſanti;
Princepſ tenebrarũ non occurrat mihi.
nec ueniat mihi peſ ſupbiae. & manuſ ex
tranea a te non contingat me. ſed ſuſ
cipe me ſcdm uerbũ tuũ. & pduc me ad
conuiuiũ aepularũ tuarũ. ubi aepulant
tecũ omſ amici tui; Tu eſ enĩ xpſ filiuſ
di uiui. qui pcepto patriſ mundũ ſal
uaſti. qui & ſpm̃ ſcm̃ deſtinare nob dig
natuſ eſ. ut noſ de pceptiſ tuiſ conmuneſ
facereſ; Per eunde̅ ſpm̃ tibi grãſ referim.
p infinita ſcta ſctorũ; Et cũ omſ poptr
reſpondiſſet am̃. lux tanta apparuit
ſup aptm una fere hora. ut nulliuſ ſuf
ferret aſpectuſ; Poſtea ũ inuenta eſt
illa fouea plena. nihil aliud in ſe habenſ
niſi manna; Quã uſq; hodie gignit
locuſ ipſe. & fiunt uirtuteſ orationũ ei;
Ab omib; infirmitatib; & periculiſ libe
rantur omſ. & p cũ ſuarũ obtinent ef
fectũ. Preſtante dño nřo ihu xpo.
cui ẽ honor & gta. in ſcta ſctorũ amen;

Iohanneſ apoſtoluſ & aeuuangeliſta.
filiuſ zebedei frt iacobi. uirgo eſt electꝰ
a dño. atq; int ceteroſ magiſ dilectuſ;
Qui & iã ſup pectuſ magiſtri recũ benſ.
aeuuangelii ſui fluenta. de ipſo ſacro
i dominici pectoriſ fonte potauit. & quaſi
unũ de paradiſi fluminib; uerbi di gram̃.
in toto terrarũ orbe diffudit; Quiq; in
loco xpi. xpo iubente ſucceſſit. dũ ſuſci
pienſ matre̅ magiſtri diſcipuluſ. par
poſt xpm̃. alter quodã modo derelictuſ
eſt filiuſ; Hic dũ aeuuangeliũ. xpm̃ in aſia.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.12, 12r – Passiones et Homiliae sanctorum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vfyk/5161/49423)